



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Tractatvs De Censvris Romano Pontifici Reservatis**

**Ugolinus, Bartholomaeus**

**Venetijs, 1609**

Versi Concilium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61365](#)

Pontifici reseruatis.

**Cum prætor. ff. de iud. Sed iam ad alia transeamus.**

Versi. Consilium,

S V M M A.

- 1 Consilium præstare quid sit.
- 2 Consilium dare quod modis contingat.
- 3 Consilium dans, ut quis Cardinalem interficiat, in excommunicationem incidit, quæ excommunicatio quo usque patet, declaratur.
- 4 Consilium reuocans, quod dederat, ut Cardinalis offenderetur, quando pro sit, ac liberet a pena.

**I**N hac parte reseruntur alia causa, quamobrem in excommunicationem hanc quis incidit, quæ est, ubi consulit, ut quis Cardinalem aut interficiat, aut mullet, aut aliud quid agat ex predicitis antea. Quam tenet, ut faciliorem habeamus, præmitte dum est, quid sit consilium præstare, & quod modis in hoc contingat consilium præstari.

2. Quoad primum igitur consilium præstare nihil aliud est, quod ad rem nostram pertinet, quam suadere, monere, instigare, suggerere; ut aliquid ex predicitis contra Cardinalem quis molletur, vel qua ratione, & modo fiat, sic enim de consulente ut furtum quis faciat, inquit Iure consilium in fur. si. Consilium autem ff. de fur. sic

Pars Secunda.

291

de consilente, ut quis in clericum manus iniiciat, dixit Mar. Socio. Sen. in c. petuenit. num. 51. versicu. Duodecimo de sentent. excomm. & Syl. in verb. Excommunicatio. 6. num. 5. versic. Quartum, ibi. Sed tamen verba talia fuerunt, & Narr. in Man. cap. 27. nu. 78. versic. Sexta declaratio. Hoc igitur est consilium dare.

2. Quoad secundum duobus modis contingit consilium dari. Primum, ut delictum aliquod ex dictis committatur. Deinde docendo modum, quo possit illud committi vel facile, vel sine periculo. In his igitur duobus modis consilium præstari potest. His præmis- sis, iam regulam ponamus.

In excommunicationem hanc 3 igitur incidit & qui consilium præstet, ut Cardinalis interficiatur, mulletur vice, aut aliquid aliud ex predictis in ipsum fiat, ut habeatur in versic. proposito, iunctio initio Capitis.

Quæ excommunicatio afficit, cuiuscunque rei gratia consilium præstet, vel ut delictum committatur, vel de modo, quo committatur, nam Bulla simpliciter loquitur, nec distinguit, ergo nec nos distinguere debeimus. arg. l. de pre- cito ff. de publ. in rem ad.

Item afficit excommunicatio hanc, vel indirectè quis consuluerit aliquid contra Cardinalem, vt pote sciebat in quadam turri esse Cardinalem, & ob eam rem ut interficeretur, tuasit, ut bombar-

T 2 da

da admoueretur, & turtis vastare  
xur, quo facto Cardinalis interfec-  
tus est. Idem si dixit aliquibus ex  
suis, quos sciebat delictum tale  
commissuros, vel credere debe-  
bat, vellem, si possem vindicam  
sumere de tali Cardinale ob iniuri-  
am ab ipso in me illatam, nam si  
amicus eius quid contra Cardina-  
lem fecerint, in excommunicatione  
nem incidet.

Tertio afficit excommunicationis  
hec, vel post multum temporis ii,  
quibus consilium hoc dedit, con-  
silium exequatur. argumento eorum,  
que dixit Innoe. in capit. ad  
audientiam. num. 2. versicul. Item  
non interest. de homicid. & Mar.  
Soc. Sea. num. 216. q. 78. & Abba.  
in fine. eod. de homici. In his igitur  
casibus in excommunicationem  
quis incidit, iam ubi ex consili-  
lio in excommunicationem quis  
non incidit, explicemus.

Priuum igitur in excommuni-  
cationem hanc non incidit, qui  
consilium dedit, ubi quod consuluit,  
nec factum est, nec facere il-  
lud conati sunt, verba enim cum  
effetu intelligenda sunt argumé.  
l. i. S. hæc verba. s. quod quisque  
jur. Præterea in his casibus neque  
ii, quibus consilium est datum, in  
excommunicationem incident, ergo nec  
qui consilium dedit, nam  
nec furti tenetur, qui consilium  
ad id dedit, nisi furtum factum  
sit. l. si quis uxori. S. neque verbo.  
ff. de fur. & l. sape. in fine, ff. de uer-  
bor. signatque sic dixit Alfon. de

Vital. in Candelabro. part. 1. in ex-  
positione Bullæ Cœnæ Domini  
cas. 11. num. 89. & Iacob. de Grafa  
libro 4. decis. cas. conc. in exposi-  
tione Bullæ Cœnæ Domini. num.  
103.

Secundo loco f. in excommunicati-  
onem non incidit, ubi ante fa-  
ctum, consilium reuocauit, etenim  
nec irregularis efficitur, qui ho-  
micide consuluit, si sequatur  
homicidium, posteaquam legitime  
consilium reuocauit, ut dixit  
Innocent. in cito. capi. ad audi-  
entiam. num. 2. versicul. Item non in-  
terest, & sequitur Abb. ibi in fine,  
& Mar. Socin. Sen. num. 216. que.  
78. ergo multo minus in excom-  
municationem incidet, ex quo fa-  
cilius quis irregularis sit, quam in  
excommunicationem incidat, ut  
antea diximus. In reuocando au-  
tem consilio non sat est simpliciter  
reuocare consilium, & certio-  
rem facere sum, cui consilium  
datum est, sed rationibus contra-  
rium suadere oportet, nam sicut  
rationibus consilium dedit, & co-  
trariis illud tolli debet, vnum qd  
que tollitur enim eo modo, quo in-  
ductum est, ut habetur in leg. n.  
hil tam naturale. ff. de regu. iur. &  
capitu. i. eod. in antiqu. Nec repu-  
gnat, si dicatur, sat esse mandatum  
reuocare, ergo idem & de consili-  
o, nam nihil hoc est, etenim  
quod mandatum nostra caula da-  
tur, ob eam rem sat est simpliciter  
illud reuocare, nulla reuocatio-  
nis causa reddit, ex quo manda-  
taris

carij nihil interest, ac consilio sua decur id, quod interest eius cui datur, atque idcirco, ut contrarium rationibus suadeat, necesse est, non enim facile consilium datum reliquett, cum sua interesse sibi iam persuasum sit, nisi contrarium rationibus suadeatur, atque sic dixit Innoc. in eodem capitul. ad audientiam. numero 3. versic. In eo autem, qui mandasset, & sequitur Socin. ibidem. nume. 317. qui & rationem hanc communiter receptam esse testatur, idem dicit Bart. in l. non solum. §. si mandato meo. numero 21. versic. Quae 20. quare ff. de iniur. Inno si necesse sit, ut certiorem eum faciat, quem interficiendum consuluerat, id facere debet, modo eum non patefaciat, qui interficere ipsum vult, ut dixit Innocent. ibidem.

Postremo in excommunicationem non incidit, ubi ex suo consilio delictum secutum non est, sed ob aliud, ut pote iam constituerant eum interficere. Hoc tamen mihi non satisfacit, nam esto ob suum consilium id non sequatur, incidet tamen in excommunicationem, quoniam illis fauer, quod etiam per hanc Bullam prohibitum est, ut modo videbimus.

## Vers. Vel fauorem.

S V M M A.

- 1 Fauere quot modis contingat.
- 2 Fauorem praestans ad offendendum Cardinalem in excommunicationem incidat, quae regula, quoisque pateat, declaratur.
- 3 Prohibere potens, ne Cardinalis offendatur, an in excommunicationem incidat.
- 4 Clamando, si quis opem ferre posse Cardinali, an in excommunicationem incidat, si non clamauit.
- 5 Pecuniam an dare teneat ei, qui vulnus Cardinalem interficere, nisi pecuniam ei tribuam.
- 6 Sciens quem in mortem Cardinalis inspirasse, an in excommunicationem incidat, si id non patescerit.
- 7 Bulla Pij V. excommunicantur, qui non patefaciunt conspirationem factam in Cardinalem.

**I**N hac parte alia causa referatur, quamobrem in excommunicationem hanc quis incidit, ubi scilicet ijs fauet, qui contra Cardinales aliquid ex dictis molitur, & sic ipsis fauet, aut ad interficiendum, aut ad mutilandum, aut ad aliquid agendum, quam rem ut dilucidior em habeamus, primitendum est quid sit fauere, et si de ipso egimus in ca. 1. in ver. Fautores.

- 1 Quoad rem nostram igitur sciendum est, fauere duobus mo-

T 3 dis

